

quibus, num. 15. de rescript. in 6. post Bald. in l. 98 eam quam, circa princ. C. de fideicom. f. omne agens agit propter finem, & finis dicitur causa causarum, & ab eo denominantur omnia; quod sequuntur plurimi alii relati per Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloss. 7. num. 45. & Molina de Hispan. primog. lib. 1. cap. 5. num. 15. ubi inquit, hoc esse, quod Philosophi dicere solent in omnibus rebus agendis finem principium esse.

99 Maxime, f. quia in dictis principiis, & mediis, ut sæpe etiam diximus, & probavimus, multa rectè, & salubriter non solum instituta, sed operata sunt, & plures vici pii, & religiosi Apostolicam prædicandi formam tenuerunt, & suis virtutibus, miraculis, & martyriis hunc Novum Orbem illuminarunt. Unde f. interventio aliorum, qui aliter se habuerunt, nocere non debet. Nam f. & ministri Dei esse solent, etiam qui mali sunt, ut pluribus probat Gaspar Sanct. sup. Isai. c. 10. num. 3. Et semper f. causa justior, & potentior prævalet, inspicendaque est, l. si quis neque causam, cum ibi notatis, ff. si cert. pet. Bald. in l. reor, col. 5. C. de accusat. Joan. Cephal. consil. 141. num. 5. vol. 1. Ripa in l. ex facto, num. 14. ff. de vulgar. Joan. Gutier. lib. 3. præf. q. 1. n. 11. & Molin. de pact. nuptial. lib. 1. cap. 15. num. 40.

Et quando f. causa, quæ prodesse potest, committitur cum ea, quæ potest nocere, illa attendi debet, non hæc, maxime ubi utilior & favorabilior est, l. 3. si quis palam. ff. de jure fisci, l. multum interest; ubi Jas. notab. 2. ff. de verb. obligat. l. 2. si a pupillo, ff. de usucap. pro empt. Idem Jas. num. 3. Aretin. & Dec. num. 11. in l. si Rufinus, Cod. de testament. Bartol. in Extravag. ad reprimendum, verb. Non obstantibus: Bald. in l. hac consultissima, in princip. num. 1. versic. in contrarium, C. de testam. cum aliis, quæ notat Joan. Garc. in tractat. de nobilit. gloss. 12. n. 42. & Valenzuela, cons. 92. num. 222. & sequentibus. Et magis in nostris terminis D. Augustin. epist. 49. quem refert, & explicat Alan. Cop. dialog. 5. cap. 23. pag. 720. ubi docet, f. non esse spectandum, quod fax Christianorum, sed quid perfecti Christiani faciant, sic inquires: Nolite consecrari turbas imperitorum, qui vel in ipsa religione superstitiosi sunt, vel ita libidinibus dediti, ut oblitii sint, quid promiserint, &c. & Joseph. Acosta dict. lib. 3. de procur. Ind. salut. cap. 11. in fine, ubi de ipsorum Indorum commendis loquens, sic ait: Verum vitio hominum non causa hoc fit: Neque verò pravorum perveritas bonis detrahere debet. Quod f. etiam generalius ad reliquarum rerum excessus, & abusus transtulit Seneca, lib. 5. nat. quæst. in fine, dum inquit: Si beneficia nature inventum pravitate perpendimus, nihil non nostro malo accepimus: Nihil inveniunt tam manifesta utilitatis, quod non in contrarium transferat culpa.

105 Neque his quicquam officit, quod de damnis Ducum, & militum nostris Regibus imputandis in eodem argumento præteritur. Nam f. verior, & generalior juris traditio est, dominum regulariter de suorum famulorum delictis, & excessibus non teneri, ut probat text. in l. 1. §. decessisse, & §. quoties, & in l. 3. ff. de vi. & vi arm. l. 1. de eo per quem fact. erit, l. 2. ff. de noxal. actio, & in cap. cum ad Sedem, de nestit. spol. cum mul-

tis aliis, quæ congerit Felinus in cap. Petrus, numer. 2. de homicid. Jason. in leg. 1. in princip. ff. ne quis eum, qui in jus voc. Curtius Junior in l. 1. post num. 13. Cod. de serv. fugit. Afflictis, decis. 82. num. 2. Alciat. de presumpt. regul. 40. num. 2. Curcius senior, consil. 41. col. 1. Franc. Marcus decis. Delphin. 423. num. 11. & sequentibus, & decis. 425. 1. parte: Jul. Clarum, qui de communi testatur in praxi crimin. quæst. 86. versic. Hinc infertur: Farinac. in eadem prax. 1. tom. quæst. 24. num. 48. & Alexand. Ambrosin. decis. Perus. 48. num. 25. 2. part.

107 Et licet f. hoc secundum ipsos, & alios, quos supra retulimus, limitari soleat in dominis, qui delicta mandant, aut rata habent, vel qui ministros viles, aut minus idoneos officii, & negotiis gerendis tam togæ, quam belli præficiunt. Satis f. tamen constat, quantum hoc genus culpæ à Catholicis Regibus nostris semper abfuerit, quibus, ut sæpe diximus, & probavimus, nihil carius, & antiquius fuit quam pias, & opportunas ejusmodi expeditionum leges edicere, idoneos earum executores diligenter inquirere, & flagitiosam transgreredientium petulantiam seyerissime coercere. Cui si aliquando sufficienter, atque efficaciter obviam iri non potuit; id sanè ingenti locorum distantia, militum avaritia, Indorum ruditate, & feritate, & aliis causis tribuendum est, quarum supra meminimus.

109 Unde f. succedit alia non minus certa, & communis Doctorum admonitio, quæ habet, dominum absentem, ignorantem, vel prohibentem nullatenus de suorum famulorum, ministrorum sive officialium delictis teneri, idemque esse, si eis plenè resistere, quamvis cuperet, non valeat, ut constat ex traditis à Felino, Curtio, Senec. de Afflict. ubi supra: Glos. in cap. 1. verb. Archidia. de offic. Archidia. Speculat. in titul. de legat. §. juxta versic. Quid si amicos: Baldo consil. 222. lib. 2. Castrens. in leg. videamus, ff. locati: Decio in l. 3. num. 8. Cod. de pact. Sylvest. in summa, verb. Dominus, num. 7. Calcan. consil. 63. num. 6. Ruin. consil. 121. num. 1. lib. 4. Grammat. decis. 47. num. 1. Anton. Gabriel. conclus. 8. num. 62. lib. 7. Farinac. dict. quæst. 24. ex num. 55. Ambros. dict. decis. 48. num. 26. & in nostra specie probat Joan. Borer. in dict. reslat. univers. 4. part. lib. 3. pag. 59. & sequentibus: Joan. Matienz. in tractat. manuscripto de moderat. Reg. Peru. lib. 1. cap. 2. & 3. ubi se remittit ad ea, quæ latius dixerat in altero tractat. de stylo Cancellar. tit. 1. præminent. 17. casu. 20. declar. 9. & tangit Fr. Emman. Roder. in quæst. regular. 3. tom. quæst. 32. art. 4. vers. Ad contrar. Et in dubio f. semper præsumi dominum ignorare ea, quæ malitiosè, & flagitiosè à suis famulis, vel servis geruntur, docet text. in cap. quia presulatus 12. quæst. 4. Alexand. cons. 145. num. 5. lib. 1. Boer. decis. 277. num. 7. Ripa in tract. de peste, tit. de remedi. ad conservan. ubert. num. 131. & Ambrosin. supra num. 25. Et in ipsis nostrorum Indorum terminis novissimus Freltas de justo Imper. Aiat. cap. 12. num. 12. ubi concludit, quod licet per Ducum, & militum vim, & tyrannidem contra Pontificis, & Regum Hispaniæ mentem, voluntatem, ac ordinationes Ind. bonis suis spoliati fuerint, Regemque His-

paniæ ut superiorem cognoverint; hoc tamen nihil juste ejusdem Regis possessioni, retentioni, & administrationi nocere, ex traditis à Salmeron. tom. 12. tractat. 38. ad fin. Acosta lib. 2. de proc. Ind. salut. cap. 2. ad fin. & cap. 3. & Salon. in 2. 2. quæst. 65. art. 6. & controvers. 1. vers. Denique.

CAPUT VII.

Indos, & reliquos infideles, qui Fidei prædicandæ, & conservandæ causa Christianis Principibus subjiciantur, naturali libertate privandos non esse: Itaque summo semper studio à Catholicis nostris Regibus cautum.

SUMMARIUM.

- 1 Indi Occidentales an seroi capientium effici possent, olim dubitatum fuit.
- 2 Opinio erronea aliquorum, qui Indos servos effici posse putarunt, plurima damna generavit.
- 3 Libertas naturali jure inspecto omnibus hominibus competit.
- 4 Serovitus communi omnium gentium jure ex justis bellis induci capit, & quare.
- 5 Seroi non tam à servitute, quam à servando dicuntur.
- 6 Serovitus diffinitio, & quid de ejus origine, causis, & differentiis scripserint, Et num. 32.
- 7 Serovitus non est contra aliquod expressum præceptum juris naturalis.
- 8 Bodini opinio damnatur, qui nunquam serovitatem licitam, vel utilem esse contendit.
- 9 Cyrus apud Xenophont. & Horatius, quid de hominum captivitate sentiant.
- 10 Seroi Græcæ Sociæ dicuntur quasi servati.
- 11 Alagium, quot servi, tot hostes, qualiter inverteat Festus Pompejus.
- 12 Captivitatem justam etiam ex injustis bellis oriri posse, putat Menchaca. Contrarium, num. 75.
- 13 Serovus quis ejus fit, à quo superatur.
- 14 Serovitus hominum instar peccata admittas, est locus D. Augusti.
- 15 Bellum ex utraque parte justum reperiri, vix possibile est, Et num. 76.
- 16 Militari usu etiam capti in bello injusto, ut seroi denuentur.
- 17 Captivitas etiam citra belli causam, exerceri posse videtur.
- 18 Lex postliminii §. 1. ff. de captivis, expenditur, & declaratur.
- 19 Romani qualiter captivitatibus, & postliminii jus exeruerint.
- 20 Pet. Bellinus Indos Occidentales servos effici potuisse opinatur, Contrarium num. 89.
- 21 Infideles sunt hostes Christianorum, & etiam in Ecclesia capi possunt.
- 22 Homines quibusdam natura stannum duntaxat infundit, Ex Platone.
- 23 Barbaros servos effici eorum, à quibus excoluntur, aliqui putant.
- 24 Æthiopum captivitas, qua ratione ab aliquibus defendatur, Et n. 27. & 108.
- 25 Fortuna multis parci in penam, ex Plinio.
- 26 Indi rebelles, apostate, vel seipsos voluntarie vendentes, seroi fieri possunt, Et n. 60.
- 28 Justitiam bellorum, qua inter se Barbari, & Infideles gerunt, Christiani anxie indagare non debent.
- 29 Infideles, & Barbari suis legibus tam in pace, quam in bello reguntur, & nostrarum laqueis non innodantur.
- 30 Cap. 1. dist. 7. & Exodi auctoritas cap. 12. ponderatur.

- 31 Legis veteris auctoritates an, & quatenus possint à Christianis allegari ad decisionem causarum.
- 32 Vendere quis seipsum potest, ob pretium participandum.
- 33 Indos servos effici non posse, certior sententiâ est, & qui Auctores eam expresse sequuntur, num. 53.
- 34 Dominatio qua conceditur Principibus Christianis in Barbaros infideles ob fidei receptionem à coacta, & vili subjectione ac servitute aliena esse debet.
- 35 Suavitas multum conducit ad fidei receptionem.
- 36 Principes, qui populis recenter quæstis parum affecti sunt, D. Thom. reprehendit.
- 37 Victores cum victis qualiter se habere debeant.
- 38 Amiani Marcellini elegans locus expenditur.
- 39 Cap. noli 23. quæst. 1. ponderatur, & illustratur.
- 40 Victo, vel capto misericordia debetur, in quo pacis perturbatio non timetur.
- 41 Infideles ubi convertuntur ad fidem, filii Dei, & liberi sunt, unumque in Christo, & in Ecclesia cum cæteris fidelibus corpus constituunt, ex D. Paulo, & Clem. Alex.
- 42 Domini se mitti habere cum serois ad fidem convertis.
- 43 D. Math. verba cap. 17. Ergo liberi sunt filii, explicantur.
- 44 Fidei receptione mediante à quintuplici servitute liberantur.
- 45 Christiani quomodo servos possidere, eisque uti debeant, ex D. August.
- 46 Legem ferre summus Pontifex potest, & expedit, ut converti ad fidem ab omni humana servitute liberi fiant.
- 47 Servos, si baptizentur, liberi fieri aliqui Romani Pontifici. statuerunt, ibid.
- 47 Judæis convertis multum favent Rom. Pontifici.
- 48 Extravag. 2. de Judæis, inter communes explicatur.
- 49 Judæi, qui convertuntur, multis injuriæ à tyrannis sunt, & damna, quæ inde proveniunt.
- 50 Converti de novo ad Fidem miserabilium personarum numero habentur, & privilegiis utuntur.
- 51 Christiani à Christianis in bellis, quantumvis justis, capti ex generali consuetudine seroi non fiunt.
- 52 Baldus notatur, dum injustè damnæ morem non effugiendi servos eos, qui in bellis Christianorum capiuntur.
- 53 Auctores comprobantes omnimodam libertatem Indorum recententur.
- 54 Pauli III. rescriptum pro libertate Indorum expenditur.
- 55 Clemens VIII. Indos, tanquam tenellos Fidei palmetes, suavi mansuetudinis imbre rigari præcipit.
- 56 Reges Catholici plurimas leges, & cautiones fecerunt pro Indorum omnimoda libertate asserenda, & tuenda.
- 57 Columbus graviter reprehensus fuit à Regibus Catholicis, quod Indos quosdam tanquam servos in Hispaniam misit.
- 58 Caroli V. Imper. temporibus multis modis & panis Indorum libertati consultum fuit.
- 59 Indi rebelles, Caribes, Canibales, & alii nimis offensivi, etsi aliquando seroi effici justè fuerint, postea tamen hoc abrogatum fuit, Et quare, n. 61.
- 60 Indi nostris insidiantes serovitus jugo potrant compesci.
- 61 Indos primis illis temporibus præsertim dicitur de milites sub variis, & injustis coloribus captivabant.
- 62 Granatensium rebellium filii parvuli propter dubium circa eorum serovitatem exortum, liberi declarati sunt.
- 63 Æthiopes si quis pregatim mercatus sit, & abibit de justa captivitate aliorum, & qui illi sint, distinguere nequeat, omnes liberos dimittere debet.
- 64 Libertas inamitabilis, & favorabilis est, & pro ea in dubio pronuntiandum.
- 65 Libertatis datio pia, & meritoria regulariter, ejusque favore multa contra communes furis regulas statuuntur.
- 66 Libertate nihil gratiæ præstari potest, & ejus primitio omne supplicio gravior censeatur, & mortis comparatur.
- 67 Leger, & schedula Regiæ, quæ omnes Indos statim

- liberos judicare jubens, & in possidentes probanda legitima servitutis necessitatem transmittunt, qua ratione nitantur.
- 68 Servitutis in possessione qui morantur, regulariter pro vere servis haberi debent, & quando hoc limitetur.
- 69 Possessio vitiosa non relevat quem ab onere probationis.
- 70 Lex 5. titul. 14. part. 3. & verba Gregor. Lopez ibidem ponderantur, & explicantur.
- 71 Liberi esse omnes homines presumuntur, & in naturali statu manere.
- 72 Indi nunquam aut raro ea intentione, aut justificatione debellati sunt, ut servi effici potuerint.
- 73 Indi rebelles, quo pacto compescendi, & puniendi sint.
- 74 Bellum nunquam potest esse justum, ubi nulla processit injuria.
- 76 Bellum licet non vere, probabiliter tamen ex utraque parte justum esse potest.
- 77 Bellum ut legitimum sit, non solum justitiam causae, sed etiam Principis licentiam & auctoritatem requirit.
- 78 Legis antiquae, privata bella prohibentis, verba referuntur.
- 79 Majestatis laesa tenentur, qui sine licentia Principis bella inferunt.
- 80 Indi ex bellis, sine licentia principis illatis, non magis servi effici potuerunt, quam si à Pyrtis, vel latronibus caperentur.
- 81 Bella injusta secundum Bald. sunt manifesta latrocinia.
- 82 Belli justis, & legitime inditi, si quis ordines excedat, ad restitutionem tenentur.
- 83 Ad praedictam legem Postliminii 5. responsio.
- 84 Extraneas gentes ob id solum, quod nobiscum fœdas non habeant, servas efficere non possumus, Et num. 87.
- 85 Hostes veri non sunt, quibus solemniter bellum indictum non est.
- 86 Bella apud Romanos quibus caremonis denuntiarentur, remissive.
- Lex mulier 6. ff. de captivis, exponitur, ibidem.
- 87 Cognatio, quae inter omnes homines natura constituit, servitutem excludit.
- 88 Indi alieno Orbe reperti non pertinent ad Pomponii responsum.
- 89 Hispanicae leges vitam liberam praescribunt gremium Ecclesiae ingrediuntibus.
- 90 Romani qualiter hospitii, & confederationis jura cum provinciis inirent, remissive.
- 91 Beneficia, quae Barbaris in Fidei praedicatione impendantur, servitutis irrogatione pensanda non sunt.
- 92 Servi per Fidei, & baptismi susceptionem liberi non fiunt.
- 93 Baptismi Sacramentum homines liberos fortius in sua libertate confirmat.
- 94 Indi, & Aethiopes quales & quando servi effici poterunt.
- 95 Bella ubi inferuntur, ob bonum, & defensionem aliquis, quid defendens sumere possit.
- 96 Indi Occidentales, exceptis Mexicanis, raro servitute bello captorum utebantur, Et num. 103.
- 97 Phoenices olim ultra alias divitias Hispaniae, Hispanos furabantur, & in aliis provinciis ut servos vendebant.
- 98 Tyrus, Phœnicum Metropolis, ditissima fuit.
- 99 Tagormæ, sive Togormæ nomen apud Bzechieh, cap. 27. quid significet.
- 100 Bzechieh verba capit. 27. ibi Thubal, & Masoch, de Hispania accipiuntur.
- 101 Plagiaris sunt, qui homines liberos rapiunt, & vendunt, & quibus panis subdantur.
- 102 Lex ult. C. ad legem Flay. de plagiar. remissive explicatur.
- 103 Inter Indos Occidentales incognita Servitutis.
- 104 Indi etiam si venditi dicantur ab aliis Indiis, qui eos bello ceperunt, vel quia ipse se vendiderint, servi esse non possunt.

- 105 Infidelitatis tempore, quae quis illicitè habuit, ea etiam Christianis effectus restituere debet.
- 106 Infidelium malas leges vitare, vel emendare Christiani tenentur.
- 107 Lairo est, qui à latronibus comparare solet.
- 108 Aethiopum servorum venditio, & negotiatio difficilis, & periculosa videtur Molina, & aliis.
- 109 Aethiopes servos qui emunt, quando in conscientia securi sint.
- 110 Servus quis ut in perpetuum effici possit, debet pretium servitutis aequale esse.
- 111 Mancipia, quae ex India Occidentali adducuntur, quando vere servare debeant, Et num. 116.
- 112 Servorum India Orientalis occasio plures lites in limano Senatu exortae sunt, & variis, ac contrariis sententiis terminatae, & de earum fundamentis.
- 113 Schedules Regiae referuntur, quae prohibent Indos Orientales in his Occidentalibus servos fieri, quamvis Mauri esse dicantur.
- 114 Indorum orientalium servitus, aut libertas non ex Regni Castellae, sed Lusitaniae legibus, & ordinationibus judicanda videtur.
- 115 Auditor in dubio servitutis Indorum Orientalium, consulit D. D. Anton. à Morga Praesidem Quitensem, & quid ille responderit.
- 116 Sina, aut Japonenses servi effici non possunt, nisi ubi se, aut filios suos vendunt, & tunc temporaliter serviunt.

Hæc, quae adeo latè de titulis acquirendi, & retinendi hujus Novi Orbis in superioriibus disputavimus, præjudicio quodam ostendere possent, quid in ea quaestione probemus, quae olim diu, ac multum agitata comperitur. Utrum scilicet Indi, qui prædictis modis Hispanorum Regum Imperio, & ditioni accesserunt, servi censendi sint, & servorum jure tractandi, vel potius in sua naturali libertate remaneant, ita ut à cæteris eorumdem Regum vassallis in nihilo differant? Sed quoniam gravis admodum, atque utilis est, & in his provinciis, primis illis temporibus, plures rixas, & contentiones excitavit, pluresque etiam Regii Senatus consultationes, ac declarationes extorsit, operæ preterium duxi, illam nunc specialius examinarem pro coronide hujus libri subtexere, ut veritas dilucidior appareat: cujus igitur ignorantia, vel tergiversatio tot olim Hispanos in periculum gehennae deduxit, & tot Indorum millia miserabili strage consumpsit, quam passim multi pii, & docti viri suis scriptis deplorant, & præcipue Episcopus Chiapens. in peculiari libello, cui destructionis Indiarum titulum fecit.

Et in primis, qui ejusmodi Indorum captivitatem, & servitutem tueri conantur, ea argumentatione ducuntur: quod etsi libertas res naturalis sit, & naturali jure inspecto omnibus, hominibus competat, l. manumissiones 4. ff. de justitia & jure, l. libertas 4. ff. de statu hom. l. quod attinet 32. ff. de regul. jur. l. si id quod 64. ff. de condition. indeb. §. libertas instit. de jure person. l. 1. tit. 22. part. 4. cum aliis, quae eruditè post Ciceron. lib. 1. de offe. tradit. Connan. lib. 2. comment. cap. 1. Alexand. lib. 1. Genial. cap. 10. ubi Tiraquel. idem Tiraquel. de nobilitat. r. 6. n. 4. & Vacon. lib. 1. declarat. jur. cap. 10. & seqq. Unde merito dixit Quinilian. lib. 3. cap. 10. Liberos natura omnes, & isdem consuetudine elementis, & fortassis antiquis etiam nobilitate

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100
101
102
103
104
105
106
107
108
109
110
111
112
113
114
115
116
117
118
119
120
121
122
123
124
125
126
127
128
129
130
131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
149
150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200

bas ortos dici potest. Adhuc tamen cum Barbari, & infideles ob id solum quod tales reperiuntur, bello domari, & subjungi possint, ex doctrina Aristotel. Joan. Major. & aliorum, de qua latè egimus sup. lib. 2. cap. 7. & 10. cum seqq. & alia etiam causæ intervenerint, propter quas justis bellis puniri poterunt, ut in eodem libro probavimus, non debet novum aut insolens judicari, si eos captivitatibus, & servitutis legibus subiciamus: cum ex communi omnium gentium jure descendat, ut naturalem illam libertatem amittant quicumque bello, & armis subacti sunt, & ut capti in potestatem & servitutem victorum redigantur, qui cum eos occidere potuissent, justis multo eorumdem operis, & ministeriis uti, & ad hoc custodire, & servare poterunt. Propter quod servi, non tam à servitute quam à servando, appellari ceperunt, & ipsa servitus definitur, constitutio juris gentium, qua quis dominio alieno contra naturam subicitur, dicit. l. manumissiones, vers. Sed potestatem, & dicit. Libertas, vers. Servitus, l. pupill. 239. §. 1. ff. de verb. significat. §. jus autem gentium, instit. de jure natur. §. servit. & §. servit. autem, instit. de jure person. cap. si quis servum 1. & 2. 17. quest. 4. dicit. l. 1. tit. 21. part. 4.

Circa quarum rationem, & interpretationem, & de origine, causis, & differentiis servitutis, & quod non sit contra aliquod expressum præceptum, aut prohibitionem juris naturalis, latè ultra ordinarios in his locis, scribit Div. Augustin. lib. 19. de Civit. Dei, cap. 15. & sequentibus. D. Isidor. lib. 5. Etymol. cap. 27. Clemens Alex. & ejus additionator Genifian. Hervetus, lib. 2. Stromat. cap. 8. & lib. 4. cap. 2. Alexand. ab Alexand. lib. 3. Genial. cap. 20. ubi Tiraquel. idem Tiraquel. de jure constit. limit. 30. Covarr. in regula peccatum, 2. part. §. 11. ex n. 2. Sot. lib. 4. de justitia & jure, quest. 2. art. 4. Menchaca controvers. illust. cap. 9. Forcat. dialog. 26. & in rubr. ff. de servit. ex num. 4. Cortas. in eadem rubr. ex num. 13. Conna dicit. lib. 2. comm. cap. 1. 2. & 3. Vacon. dicit. cap. 12. Anton. Rosc. lib. 2. memorab. jur. cap. 8. num. 80. Claud. Cotter. lib. 2. de jure milit. cap. 24. Petri. Gregor. lib. 6. de Republ. cap. 12. & lib. 11. Syntagm. cap. 1. per tot. Simanc. in Cathol. instit. tit. 61. de serv. Rauard. lib. 1. Var. cap. 9. idem Rauard. & Petr. Faber. in l. quod attinet, & in l. libertas 122. ff. de regul. jur. & lib. 2. Semest. cap. 3. pag. 35. & lib. 3. cap. 16. Hieron. Savar. in notis ad arm. in Sidan. Apollin. pag. 36. Joan. Funger. in Etymol. ver. Servus, pag. 1069. Bañ. & reliqui Theologi post Divum Thom. in 2. 2. quest. 40. art. 1. Michael Salon. in ead. 2. 2. quest. 3. de domin. art. 1. per titum, Cardinal. Bellarmin. tom. 1. controvers. lib. 5. de laicis, cap. 7. Navarr. in cap. ita quorundam, de judeis, notabili 11. gloss. penult. num. 12. Molina de justitia & jure, tractat. 2. disput. 32. & 33. Salas de legib. disp. 2. sect. 5. Lesius in eodem tractat. lib. 2. cap. 5. dub. 4. Rebell. de obligat. just. lib. 1. quest. 2. sect. 3. n. 16. & quest. 9. & seqq. Vasq. in 1. 2. disp. 157. cap. 4. & novissimè Agid. Bened. in 1. ex hoc jure. ff. de justit. & jure, tom. 1. cap. 1. num. 6. & 8. Mag. Mart. Tom. 1. de Ind. jure.

quez in Gubern. Christ. lib. 1. cap. 2. ubi ad 8 versus Bodinum, servitutem justis bellis indutam licitam & utilem esse elegantem ostendit. Et huc respiciens quod Cyrus apud Xenoph. lib. 3. dicebat. Apud omnes homines peculiarem legem esse, ut capta hostium civitate, victoribus cedant & capita, & in civitate opes, & Horatius, epistol. 16. in fine.

Vendere cum possit, captivum occidere noli, Servos uti uter, sive parcat datus aretque, Naviges ac mediis hiemes mercator in undis, Annona prosit, portat frumenta, penusque.

Unde et Græcè servi Sotia, quasi servati, & liberati dicebantur, ut constat ex notis ad Terent. in princip. & Festus Pompejus de verb. sign. pag. 201. adagium est illud: Quot servi, tot hostes, conversis verbis legendum esse, inquit: Quot hostes, tot servi, nimirum, quod ad servendum servarentur.

Secundo, ad eandem Indorum servitutem generaliter inducendam, expendi potest opinio Menchacæ dicit. l. 1. controvers. illust. cap. 9. num. 14. & seqq. ubi commanem Doctorem traditionem reprehendens, quæ solum ex justis bellis captivitatibus ac servitutis jura concedit, affirmare audeat, & idem jus ex injustis etiam acquiri, cum leges, de hac re loquentes, nullam inter bellum justum, aut injustum discrimen constituent, & ubi ad prælium ventum est, victi victoribus ex communi omnium gentium consuetudine subiciantur, ut duriora, atque inhumana damna vitarentur, nempe neces, cruentaque captivorum dilatio, quæ non minus in bello injusto, quam justo timeri possent, si mancipia captivorum non fierent. Ad quod probandum, ultra illud Cyri, quod supra retulimus, considerari potest & generale illud axioma, quod habetur i. Petr. 2. & refertur à Salone supr. column. 350. A quo quis superatur, ejus servus est, & conducent verba D. August. lib. 3. de liber. arbitri. cap. 10. ubi servitutis hominum, ferè instar pecudum, admissas esse inquit æquitati- que consonum putat, ut qui aliquem ceperit, ei dominetur, sic etenim habet: Nam & illud appensum est æquitatis examine, ut nec ipsius diaboli potestati negaretur homo, quem sibi male succedendo subjecerat. Iniquum enim erat, ut ei, quem ceperat, non dominaretur. Et cum bellum ex utraque parte justum invenire, vix possibile sit, ut advertit idem Menchaca, sup. num. 15. & disputat Sot. lib. 5. de just. & jur. quest. 1. art. 7. Covarr. in dicit. reg. peccatum, 2. part. §. 10. numer. 6. & alii, quos infra num. 76. citamus, sè supra dictum discrimen admitterent, ex nullo ferè unquam bello capti ab uno ex victoribus, injustam causam fovente, servi effici possent, quod nusquam militaris usus admittit, l. 1. ff. de Senat. ibi: Quod nusquam relatum est, nec usquam receptum.

Tertio fit, quia etiam citra belli causam servitutis jura exerceri posse videntur, quotiescumque quis hominem capit, cum quo suis nulla sunt hospitii, neque amicitia fœdera, qualitercumque in ejus potestate pervenerit, ut docet et Pomponius in l. postliminii 5. §. 1. ff. de captivis, cujus hæc sunt verba: In pace quoque postli-

minium datum est. Nam si cum gente aliqua neque amicitiam, neque hospitium, neque fœdus amicitia causa factum habemus, hi hostes quidem non sunt, quod autem ex nostro ad illos pervenit, illorum fit: & liber homo ab eis captus, sit servus eorum. Idemque est, si ab illis ad nos aliquid perveniat. Hoc quoque igitur casu postliminium datum est.

Quem textum ita generaliter intelligit, & elegantem appellat Covarr. in dict. reg. peccatum, 2. part. §. 11. num. 8. vers. Imò & Romani, dicens, & Romanos jus captivitatis, & postliminii etiam cum iis observandum constituisse, qui nec latrones, nec pyratæ, nec hostes publici essent, imò cum eis nullam amicitiam, nullum hospitium jus contraxissent: & sequitur Petr. Gregor.

lib. 11. de Republ. cap. 15. num. 2. Et ad Indos nostros, cum quibus nobis olim nulla neque amicitia, imò neque cognitio erat, specialiter accommodat Petr. Bellin. in tract. de bello, & re militari, 2. part. tit. 12. n. 5. qui est in tom. 16. tract. ubi sic scriptum reliquit. Merito igitur Hispani Indos illos Occidentales ab Orbe nostro divisos, & Græcis, ac Latinis incognitos, periculosa, atque audaci navigatione nostro ævo inventos, auspiciis quidem Hispanicis, & Ferdinandi, atque Isabellæ Regum, demumque Caroli V. hujus nominis Caesaris, ac Regis, opera tamen, & labore Italici viri Christophori Colombi Januensis, merito inquam Hispani Indos illos in servitutem traherent, lege illa postliminii ita concedente. Maxime cum prædicti Indi infideles 21 essent, quos per consequens Christianorum hostes esse constat ex l. fin. & ibi Bald. C. de capt. adeo ut in Ecclesia capti possint, ut per Oldrad. consil. 54. & per Franc. Aretin. in authent. navigia, C. de furtis.

Quarto, nonnulli ea consideratione moventur, quod cum Barbari isti ex illis hominibus essent, 22 quibus naturam stannum dumtaxat infudisse, nihil autem auri, argenti, tradit Plato lib. 3. de Republ. col. penult. relatus à Matienzo in dialogo Relat. 5. part. cap. 4. num. 10. cui convenit Aristot. lib. 1. Polit. cap. 3. in fin. Et ad nostris exculti fuerint, & insigni eo beneficio affecti, ut in veri Dei cognitionem, Evangelii lucem venirent, non fuit multum, ut in præmium sibi eos servos 24 efficerent, quemadmodum in Æthiopum captivitate contingit, quæ à Lusitanis frequentatur, quam hoc titulo & colore, à quibusdam defenditur Sot. in 4. dist. 5. quest. unic. art. 10. pag. 270. Salon. sup. col. 352. versio. Nec valet. Molina qui se ita accepisse ab Æthiopum mercatoribus, inquit, de just. & jure, tractat. 2. disput. 34. col. 167. Marq. in Gubern. Christ. lib. 1. cap. 2. pag. 10. & diximus sup. lib. 2. cap. 7. num. 25. mer. 69. & 70. Quibus addo Plinium lib. 15. cap. 1. ubi de miserabili sorte loquens, qua gens Cauchorum in suis provinciis utitur, subdit. Et hæc gentes si vincantur hodiè à populo Romano, servire se dicunt. Ita est profecto, multis fortuna parcat, in poenam: & Claudian. Carm. 43. in 3.

Numquam libertas gratior ulla.
Est sub Rege Pio.

Præsertim cum multi ex his infidelibus, qui in Nostrorum mancipium, & servitutem deducebantur, in eos rebellassent; apostatassent vel

citra aliquam bellorum injuriam ab aliis Indis emerentur, ac permutarentur; qui cum inter se intestinis, ut plurimum, bellis arderent, quos ex hostibus capiebant, Hispanicis vendebant; aut permutabant, vel se ipsos, ob pretium participandum, venumdari patebantur. In quibus salutem, & in illis, qui ab his fuissent procreati, dubium non est, quin Nostri jusrum titulum jure gentium acquirerent, Levit. cap. 25. Exod. 21. & 22. dict. l. ex hoc jure, dict. §. jus autem gentium, & dict. §. servitus, & §. servi, instit. de jure person. cum similibus supra relatis, juncta l. alienatio 67. ff. de contrahend. empt. l. traditio, cum aliis, ff. de acquir. rer. dom.

Qua etiam ratione ditorum Æthiopum, & 27 Japoniorum venditio, servitus, ac commercium, quod æternos usitatissimum est, à viris piis & doctis defendi, & excusari solet, ut constat ex Navarro in Manuali, cap. 23. num. 96. ubi ita inquit: Quaritur autem hic movet, an peccent, cum obligatione restituendi, ementes Æthiopes, Indos, vel alios delatos à suis terris in alias? Respondet, quod non: si sciunt, aut probabiliter credunt, eos fuisse à se, vel ab aliis cum consensu eorum venditos, vel in bello justo captos, alias scetus.

Et idem in effectu sentit Molina ubi sup. disput. 33. & sequ. & Rebel. dict. lib. 1. de obligat. just. quest. 9. & sequentib. & licet sub dubio Fr. Thom. à Mercado in summ. contrah. cap. 20. Non enim videtur, quod Hispani dum ejusmodi 28 servos emunt, teneantur, nimis anxie inquirere, & indagare qualiter, aut quo jure in venditorum servitutem devenierint, cum ipsi quantumvis Barbari suas leges, & consuetudines habeant, quibus tam in bello, quam in pacè reguntur, l. 29 omnes populi, ff. de just. & jure, & nostrarum legum auctoritate non censeantur, neque earum laqueis innotentur, ut post Bart. num. 24. docent communititer scribentes in l. civitates populos, C. de summ. Trinit. & in nostris terminis, Indorum servitium defendens, quos Yanzonas vocamus, adversus Navarr. & Molinam supra defendit Dom. Petr. Bejaranus Advocatus quondam factu dignissimus, & postea Argentinæ Cancellariæ Senator dignissimus in quodam manuscripto prædicti argumenti libello, circa finem.

Et manifestius probari potest ex auctoritate juris divini? quæ extat Exod. 12. & refertur à Gratiano in cap. 1. dist. 7. ubi videmus, non extraneos modo, verum & ipsos Hebræos ab extraneis fortè captos, & postea aliis Hebræis venditos, justam servitutem servire, nec nisi post tempus ibi relatum manumitti posse. Qui locus potest optime ad hujus rei confirmationem expendi: nam & aliam similem legis veteris auctoritatem in judicialibus allegat Roman. Pontifex in cap. 1. de injuriis, & in cap. afferte, de presumpt. & alibi sæpe.

Et quod auctoritas Scripturæ possit allegari ad litium decisionem, tenet Abb. n. 4. per text. ibi, in cap. 1. de offic. deleg. eo tamen moderate, & distinctione, quam doctè tradit Covarrub. lib. 1. varior. cap. 17. num. 1. in his scilicet, quæ judicialia fuerunt, quatenus à lege positiva approbata sunt, & in moralibus, quatenus à Christo Domino in lege Evangelica, & à na-

natura instituta, non tamen ex auctoritate veteris legis, ut bene explicat Sotus lib. 2. de just. & jure, art. 4. concl. 2. Petr. de Aragon. in 2. 2. quest. 87. art. 1. & Joan. de Salas de legib. disput. 23. per totam, ubi ponunt discrimen inter præcepta ceremonialis, & judicialia illius veteris legis, post D. Thom. 2. 2. quest. 37. art. 1. & in 1. 2. quest. 104. art. 3.

32 Et conducunt & alia, quæ de iis, qui se vendunt ad pretium participandum, & de aliis variis titulis servitutem legitimam inducentibus tradunt Juriscons. in l. 1. & 4. ff. de liberali causa, l. non idè, l. si ministerium, C. cod. l. & servorum, l. homo liber, ff. de stat. bom. Justinian. in §. penult. instit. de jure person. D. Antonin. in summ. 3. part. tit. 8. §. 5. Sylvester, & Angelus in summ. verb. Servitus, & latè Ludov. Molina dict. tom. 1. de just. & jure, tract. 2. disp. 36. vers. Tertius titulus, col. 160. & seq.

33 Sed his non obstantibus, contraria sententia ut verior, & longè securior amplectenda est. Nam cum ratio, ob quam istis Barbaris, & infidelibus Christiani Principes dominari possint, & eorum conversionem, ac meliorem gubernationem respiciat, ut constat ex his, quæ lib. 2. cap. 9. & alibi sæpe retulimus. Et hoc idem in concessionem Alexandri VI. expressè, atque enixè cautum reperitur, ubi Reges nostros piissimos, & per consequens vassallos ab eis missos hortatur, ut pro ipsorum Indorum conversione, & salute, omni conatu, studio, & diligentia invigilent, nullis laboribus, nullis impensis, nullisque parcendo periculis, etiam proprium sanguinem effundendo, appetere consequatur, in antiqua, & naturali sua libertate relinquendos esse: 35 nam & suavitas magis ad Fidei receptionem, & perfectionem conducit, ut latius probavi d. lib. 2. cap. 14. ex num. 39. & cap. 17. num. 88. cum seqq. & secundum doctrinam Aristotel. D. Thomæ, & Augustini, & aliorum plurium, quam etiam adduxi eodem lib. 2. cap. 8. num. 119. & seqq. & cap. 9. num. 22. prælato, quæ inducitur ob majorem subditorum utilitatem, non tam dominantium augmentum, quam dominandorum commodum respiciere debet.

Et idem eruditè observat Michael Salon. in dict. 2. 2. q. 3. de dom. art. 1. col. 348. & melius Covarr. in d. reg. peccatum, 2. part. §. 11. n. 5. versio. Hæc tamen, ubi ad hoc refert elegantissima verba Joann. Driedoni de libert. Christian. lib. 1. pag. 8. ubi docet prædictum dominium à coacta & villi subjectione, & servitute abesse debere, & cum gaudio, cordisque lætitia voluntariis obsequiis exercendum esse, quemadmodum & justi Præsides nunc imperant, non cupiditate dominandi, sed officio consulendi, & dirigendi.

36 Quo fit ut idem D. Tom. in 1. 2. q. 105. art. 1. ad 2. merito eos Principes notet qui populos ditioni suæ recentè adjectos, non tamquam filios amore paterno, sed tamquam privignos, & advenas vitricali, sive novercali odio prosequi solent & Viresores quippe cum victis (nisi contumaces & refractarii sint) clementer, & leniter agere debent, & ne victoria gloria, savitiæ macula obfuscetur:

Una gerat bellum manus, pacem altera reddat.

Tom. 1. de Ind. jure.

Quia, ut præclare inquit & Ammia, Marcellin. Perniciosi isti ferocia status mitigandi sunt omninoque cogitandum est, non illum vinci hostem solum, qui cædit in acie armis oppressus & viribus, sed multò tutius etiam tuba tacente, sub jugum mitti voluntarium, qui ipsa resensit, nec fortitudinem in rebelles nec lenitatem in supplices victori deesse. Quem locum, & plura alia in hanc rem optime expendit Simon Majol. in dieb. Canic. tom. 3. colloq. 2. de bellor. eventib. pag. mihi 459. & seqq. Pet. Fab. d. l. 2. Semest. cap. 3. pag. 24. & Pat. Franc. Suar. in tract. de carit. disp. 13. sect. 7. ex num. 6. & disp. 5. sect. 5. n. 1. & seqq. ubi quod ex præcepto caritatis tenemur, non odisse inimicos.

Et est videndus Div. August. ad Bonif. epistol. 207. relatus in cap. noli. 23. q. 1. ubi bel- 38 latores monet, ut sint etiam in bellando pacifici, utque eos, quos expugnant ad pacis utilitatem vincendo perducant & postea subdit: Itaque hostem pugnantem necessitas perimat, non voluntas; sicut rebellanti, & resistenti violentia reddatur; ita & victo, vel capto misericordia jam debetur: maxime in quo pacis perturbatio non timetur. Quod præcipue servandum est iis, qui Fidei, & Religionis Christianæ susceptæ, vel suscipiendæ causa nobis adjecti sunt: cum & hi statim vel 41 lut filii, & vassalli legitimi fiant, juxta ea, quæ tradit Clem. Alexandrin. & ejus additionator lib. 1. Stromat. cap. ult. pag. 383. neque liceat amplius illis tamquam servis, aut jumentis uti, ut idem Clemens ostendit lib. 3. Paflagog. c. 11. ex D. Paul. ad Colossens. 4. ubi ita dominis præcepit: Domini, quod justum est, & æquum servis præstate, scientes quod & vos Dominum habetis in celo: & certè, ut bene ibidem subjungit Gen- 42 tian. Hervetus ex cod. D. Paul. ad Colos. 3. & ad Galat. 2. cum ibi est novus homo, novus, inquam, qui in Baptismo veterem exuit nomen, non sit masculus & femina, Gentilis & Judæus, circumcisio & præputium, Barbarus & Scythæ, servus & liber: sed omnia, & in omnibus Christus, & omnes unum simus in Christo, & æquum est, ut domini se mitius non tantum 42 in subditos, verum & in servos gerant, & recordantes, quod & servi, & domini unum, & eundem habent Dominum. Atque hunc etiam & re- 43 ferti potest illud Matth. c. 17. Ergo liberi sunt filii quod latè explicans Lessius lib. 4. de justitia & jure, c. 2. dub. 5. inquit, quod & Fidei 44 susceptione mediante, à quintuplici servitute liberamur,

Primò à servitute peccati. Secundò, à tyrannide diaboli, cui propter peccatum eramus subiecti, Tertio, à servitute concupiscentiæ, cui gratia destituti serviamus. Quarto, à servitute legis Moralit. Quintò à servitute legis veteris, præsertim ceremonialis, cujus jugum erat valde grave, & quasi importabile, ut constat ex verbis D. Petr. Act. 15.

Quapropter D. August. lib. 1. de sermone Domini in monte, c. 19. relatus Mornacio in l. justissime, de edil. edit. Non oportere, inquit, Christianum & sic possidere servum, quomodo 45 equum aut argentum, quamquam fieri possit, ut majore pretio valeat equus, quam servus, & multò magis aliquid aurum, vel argentum, hominem enim

enim homo tamquam semetipsum diligere debet. Et Par. Ferdin. Rebell. lib. 18. de oblig. just. quest. 23. sect. 5. utiliter resolvit, Romanorum Pontificem non solum posse favore Fidei legem ferre, sed imò ut ferat expedire, ut quicumque ex infidelitate ad fidem Christi conversus, & baptizatus fuerit, omni humana servitute fiat liber.

47 Quod pro Judæis à pluribus Romanis Pontificibus jam dudum sancitum esse, ostendimus sup. lib. 2. cap. 10. ex num. 73. & cap. 17. n. 3. 48 & satis constat ex Extravag. 2. de Judæis in communibus, ubi Papa statuit, eos molestandos non esse, nec bonis privandos, præcipitque Rectoribus, & singulis officialibus, ne ullam illis molestiam inferant, nec ab aliis inferri permittant, sed ipsos ab injuriis & molestiis protegant, & defendant: ut sic de servitute ad libertatem transisse percipiant, nec redire prætextu mendicitatis horribilis ad dimissam perfidiam compellantur, quæ allicere debent Judæos ad fidem Christianam sumendam. Quamvis hoc parum servari tradat, & justè doleat Petr. Surd. in tract. de sententiis provision. art. 3. gloss. ultima, vers. Decimoquarto.

Quia ex usurpatione tyrannorum, & Principum, in quorum territoris convertuntur, omnibus bonis spoliari solent, & multis injuriis, & ludibriis affici; quod in causa esse inquit, ut pauci convertantur, necnon etiam ut qui de novo ad fidem nostram conversi sunt, miserabilium personarum haberi soleant, eorumque privilegiis uti debeant, ex doctrina Innocent. in cap. Judæi, de Judæis, Barbat. in cap. significantibus, de offic. deleg. in fine, & Palac. Rub. in cap. per vestras, notab. 2. num. 11.

Et generaliter, quoscumque Servos, quos Etelavos dicimus, Romæ Baptismus suscipientes, & ad conservatores urbis pro petenda libertate confugientes, ea ex antiqua ejusdem urbis consuetudine donari solitos, apertè constat ex constitutionibus Pauli III. & aliis Rom. PP. quas refert Petr. Matth. in sua summa, pag. 536. ubi illam consuetudinem reintegrari, & observari jubent.

51 Quam sententiam juvat etiam, quòd cum Indi subacti Christiani sint, imò & ad eum finem subigantur, ut Christianam Religionem recipiant, servi effici nullatenus possunt. Nam si recepta jam, communi omnium Christianorum jure, consuetudo introduxit, ut Christiani à Christianis capti, servi non efficiantur: cum omnes sub uno Crucis signo militent, unicamque Rempublicam constituent, & ejusdem Dei urbis cives, & participes sint, atque adeò inter eos legis Cornelie postliminii fictiones non observantur, ut docent Bartol. & reliqui communiter scribentes in l. hostes, ff. de captivis, Abb. Panorm. & alii in cap. sicut 3. de jur. jurand. Joan. de Terrarubea, contra Rebell. tract. 1. art. 10. vers. Decimaseptima conclusio, fol. 93. col. 4. & plures alii, quos refert, & sequitur Covar. in d. regul. peccatum 2. part. §. 11. n. 6. Boer. decis. 178. Læi. Zechi. de Princ. lib. 1. cap. 5. num. 4. pag. 90. Per. Vinsfeld. de injur. cap. 8. quest. 2. conclus. 10. pag. 550. Anton. Costan. var. quest. jur. cap. 4. ex num. 20. Petr.

Matth. ubi sup. pag. 537. Salon. dict. art. 1. col. 350. vers. Circa hanc ultimam, Bannez dict. 2. 2. q. 40. artic. 1. dub. 12. in princip. Victoria de jure belli, n. 42. Pat. Franc. Suarez in tract. de legib. lib. 2. cap. 20. num. 8. pag. 115. & in tract. de charit. disp. 13. sect. 7. ex num. 13. Pat. Salas in tract. de legib. dict. 2. sect. 3. num. 22. & disp. 20. sect. 3. num. 12. P. Molina de justitia & jure, tract. 2. disp. 33. col. 158. & disput. 317. col. 461. Joseph. Gonzalez var. quest. cap. 38. num. 40. Calist. Remir. de lege Regia Arag. §. 30. n. 56. Simon. Majolus d. colloq. 2. de bellor. event. pag. 28. & 430. Marq. in dict. lib. 1. cap. 2. & novissimè Egid. Bened. in l. ex hoc jure, de just. & jure, tom. 1. cap. 1. n. 7. & sequenti, quod in Gallia ita observatur, ut non solum ibi nulli homines servi efficiantur, verum ubi semel ejus finibus extræ gentis servus pedem intulerit, ex peculiaribus ejus legibus, liber constituitur, ut docet Bodinus lib. 1. de Republica, cap. 5. Rebell. de obligat. just. liber. 1. quest. 13. num. 7. & Anton. Mornac. in l. vetus, quest. 75. ff. de usuf. Et hoc morem Christianos in servitute non detinendi, sed accepta interdum pecunia aliqua, quasi in capientium præmium, facile dimittendi, justissimum & sanctissimum esse agnoscunt DD. supra citati, quamvis eum damnet Baldvinius in §. servi autem, num. 12. & 13. inst. de jure person.

Sed ne longè petitis argumentis, & emendatis, quod ajunt, suffragiis uti videamur, in hoc nostrorum Indorum specie, omnimodam eorum libertatem agnoscunt, & defendunt Episcop. Chiapens. in tract. comprob. suprem. dom. Ind. fol. 74. & in tractat. de las Encomiendas, ratione 11. Petr. Malfreit. in cons. 769. apud Mandeli. lib. 4. num. 25. & 101. Victoria passim in 1. relecl. 2. num. 6. & ult. Bannez in 2. 2. quest. 10. art. 10. per totum, & præcipue col. 534. vers. Ex his sequitur Salon. ubi supra, col. 351. vers. Ex his sequitur, Gregor. Lopez, in l. 5. tit. 14. part. 3. verb. Que si el señor, Molina dict. tract. 2. disp. 35. & disp. 160. in fine, Rebell. d. lib. 18. quest. 23. sect. 5. Joan. Matienzus in l. 12. tit. 19. lib. 5. Recop. gloss. 1. n. 3. P. Emman. Roder. in quest. Regul. 2. tom. quest. 99. art. 4. Fr. Joan. à Torquemad. in Monarchia Indiana, lib. 5. cap. 14. & lib. 17. c. 19. Hieron. Benzo, & ejus additionat. lib. 4. histor. Americae, cap. 17. & 18. Matienzus. & Azeved. in l. 12. tit. 10. lib. 5. Recop. idem Azeved. in l. 8. tit. 9. & lib. 3. Recop. & elegantissimus Pat. Joseph. Acosta de procurand. Ind. salute, lib. 2. cap. 7. pag. 235. ubi ita concludit: Atque illud tamquam totius acta causa firmamentum adjectimus, quòd cum in omnibus Regnis Indiarum tam multa prælia commissa sint, & tot nationes subactæ, nullum tamen genus Indorum servituti subjecit Regia lex, quin potius Indos omnes & liberos esse, & suis velis liberè uti declaravit, gravissimis poenis propositis iis, qui veluti jure belli captos sibi manserant.

Quod etiam Nos aliud agentes, tetigimus & probavimus supra lib. 2. cap. 8. num. 78. & c. 9. num. 17. & 74. ubi inter alia meminimus si præ illius, & elegantis Pauli III. R. P. decisionis, qua Indos omnes utriusque Indiar, Orientalis

scilicet, & Occidentalis veros homines esse, declaravit, & licet extra Christi Fidem existerent, libertate tamen ac rerum suarum dominio privatos, & privandos non esse, sed esse verè liberos, & non servos, & ad fidem Christianam verbi Dei prædicatione, & exemplo bonæ vitæ invitandos esse, ac secus quidquid fieri contigerit, irritum & inane.

Quod ut melius impleri posset, & aliæ simul jussiones Regum nostrorum ad eundem finem tendentes, hujus rei curam & executionem Illustriss. Cardinal. Tavera Archiep. Tolet. his piissimis verbis injunxit: Paulus Papa III. & c. Dilecte fili noster, salutem & Apostolicam benedictionem. Pastorale officium erga oves nobis cœlitus creditas, solerti studio exercentes, sicut earum perditione affligimur, ita promotione letemur, & non solum illorum bona opera laudamus, sed ut votivis perfervantur eventibus Apostolica meditationis curas diffusius interponimus. Ad nostrum siquidem pervenit auditum, quòd Carissimus in Christo filius noster Carolus Roman. Imperator semper Augustus, qui etiam Castella, & Legionis Rex existit, ad reprimendos eos qui cupiditate astuantes; contra humanum genus inhumanum gerunt animum, puotico edicto omnibus sibi subiectis prohibuit, ne quicumque Occidentales, aut Meridionales Indos in servitutem redigere, aut eos bonis suis privare presumat. Nos igitur attendentes Indos ipsos, licet extra gremium Ecclesie existant, non tamen sua libertate, cui rerum suarum dominio privatos, vel privandos esse, & cum homines, ideoque fidei & salutis capaces sint, non servitute delendos sed prædicationibus, & exempli ad vitam invitandos fore ac propterea etiam Nos talium impiorum tam nefarios ausus reprimere; & ne injuriis, & damnis exasperati, ad Christi Fidem amplectendam duviores efficiantur, providere cupientes. Circumspectioni tuæ, de cuius rectitudine, providentia, pietate, & experientia in his, & aliis speciale in Domino fiduciam obtinemus, per presentes committimus, & mandamus, quatenus per te, vel alium, seu alios præfatis Indis omnibus in præmissis efficacis defensionis præsidio assistens, universis & singulis jussumque dignitatis, status, conditionis, gradus, & excellentie existentibus sub excommunicationis lata sententiæ poena, si secus fecerint, ipso facto incurrenda, à qua non nisi à Nobis, vel Romano Pontifice pro tempore existente, præterquam in mortis articulo constituti, & satisfactione prævia absoluti nequeant, districtius inibeas ne præfatos Indos quomodolibet in servitutem redigere, aut eos bonis suis spoliare, quoquo modo presumant ac contra non parentes ad declarationem incursæ excommunicationis hujusmodi ad ulteriora procedas, & alio in præmissis, ea necessaria, seu quomodolibet opportuna status, ordines, & disponas, prout prudentia prohiberi, & religioni tuæ videbitur expedire. Super quibus tibi plenam & liberam facultatem concedimus per presentes, contrarium facientibus, non obstantibus quibuscumque. Dat. Romæ apud S. Pet. sub annulo Piscatoris die 18. Maii. 1537. Pontificatus nostri anno tertio. Blosius.

55 Et idem sensisse, ac jussisse videtur Clemens VIII. dum in alio Brevis Apostolico, ad has provincias missum, sic exorditur: Nos igitur etiam ad partes à Curia Romana longo terrarum, ma-

riumque intervallo distantes, aciem nostræ Majestatis reflectentes, ac Christi fideles illarum partium, tamquam teneros nova plantationis palmites, sua mansuetudinis imbre irrigare volentes.

Sed in hoc dici vix potest, quantum Regum Catholicorum cura, piusque & sollicitus labor splendat, cum tam vivi, quam morientes nihil prius, aut antiquius habuerit, quam Indorum spirituali & temporali saluti consulere, & eorum audaciam compescere, qui illos in servitute, quovis colore quæsitò, ducere præsumebant. Quod satis ostendit clausula testamenti Elisabethæ Reginæ Catholicæ, & enixæ jussiones, quas in cap. præcedenti ex num. 28. congesimus, & plurimæ aliarum luculentam narrationem facit Ant. de Herrera in dict. hist. gener. Ind. decad. 1. lib. 1. cap. 7. 11. & 12. & lib. 7. cap. 12. & decad. 2. lib. 1. cap. 3. ex quibus constat, summo semper studio curasse, & omnibus Ducibus, Gubernatoribus, & militibus sub gravissimis poenis in mandatis & instructionibus præcepisse, ut Indos in sua naturali libertate relinquerent, eodemque jure, ac ceteros, ipsorum Regum vassallos censerent, seriòque; & nimis asperè Christophori Columbi excessum reprehendisse, quòd trecentos Indos ex insula Sancti Dominici in Hispaniam miserat, & inter amicos, tamquam servos, per procuratores suos distribui mandaverat, eosque in patriam reduci & libertate donari sub mortis interminatione jussisse.

Postea quoque, cum sub Imperatore, ac Rege nostro Carolo V. perulantes aliqui milites quam plures Barbaros ex diversis insulis caperent, & in alias traductos, tamquam servos, imò verius tamquam pecudes venderent, & auro, margaritisque legendis, metallis fodendis, & aliis laboriosis operibus mancipatos, absument: aliæ plurimæ, & severissimæ leges editæ sunt quibus omnes generaliter Indi suæ libertati restitui, in eaque tueri jubentur, causis, & rationibus, quæ in contrarium prætexebantur, in super habitis. Quarum legum, & ordinationum curam ad pietatem merito referunt, & extollunt Acost. Molin. Rebell. & alii Auctores supra relati, easque his commentariis inserere, non gravaret, nisi omnes ferè jam typis excusæ reperirentur in 4. vol. sched. ex pag. 361. ad 381. ubi etiam Indos Brasilienses, vel ex India Orientali ad has Occidentales adductos, aut Maurorum infectione perverfos, eodem jure censendos esse præcipitur.

Historiam verò earumdem legum, & cæterarum ac singulis ferè diebus repetitas, ad eas ferendas, & efficacius exequendas consultationes, passim, ultra alios, in suis decadibus narrat, & colligit Anton. de Herrera in d. histor. gener. Ind. decad. 3. lib. 9. cap. 2. & lib. 10. cap. 10. & decad. 4. lib. 4. cap. 3. & 10. lib. 5. cap. 2. lib. 6. cap. 9. lib. 9. cap. 14. lib. 10. cap. 5. & alibi sæpè.

Et licet aliquando bellum geri, & servitutis jure uti permissum fuerit adversus nonnullos Indos Canibales, Caribes, & Obiehimæcos vocatos, & adversus alios, qui nimis Barbari, & rebelles esse dicebantur, vel antropophagi, aut omni-

nino efferati, & inhospitalis, & Regibus, Regisque Consiliariis, sinistris quibusdam relationibus deceptis, verius quam informati ut refert idem Herrera deced. 1. lib. 6. cap. 10. lib. 8. cap. 12. lib. 9. cap. 13. lib. 10. c. 16. & deced. 2. lib. 1. cap. 8. lib. 2. cap. ultim. lib. 10. cap. 5. & deced. 3. lib. 8. cap. 10. & deced. 4. lib. 7. cap. 6. Postmodum tamen securius, & congruentius visum fuit, ut predictis permissionibus non obstantibus, hi quoque Indi naturalis suae libertati restituerentur, & suavioribus, quibus fieri possit, medijs ad Christi aulas, & voluntariam nostrorum Regum obedientiam adducerentur, ut constat ex l. 21. Indiar. quam refert, & laudat Matienzus in lib. 12. titul. 10. lib. 5. Recop. glot. 1. num. 3. & ex alijs plurimis, quae habentur in dict. 4. vol. schedul.

60 Etiam tamen etsi inficiendum non sit, aliquando Indos apostatas, contumaces, & nostris insidiantes, aut rebellantes, bello puniri, & servitutis jugo compesci posse, ut de Indis Chilensibus, & alijs diximus supra hoc libro cap. 4. n. 6.

61 & sequentibus. Cum tamen primis illis temporibus nimis a Ducibus & militibus in capiendis, & vendendis quovis colore Indis, excessum fuisset, ut probat, & plorat Episcop. Chiap. in peculiari tract. de Indis, qui effecti sunt servi, & Ant. de Herr. deced. 1. lib. 8. cap. 9. sancte, & prudenter omnes indistincte propter dubium libertate donari nostri Reg. statuerunt, ut bene considerat idem Episcop. Chiap. & Mol. de just. & jure, dict. tr. 2. quest. 35. in princ. ubi adducit simile tamen de filiis parvul. Granat. rebellium, qui a Pliissim. Reg. nostro Philip. II. liberi etiam declarati sunt propter opinionum varietatem, licet eodem Auct. referret servos esse probabilitus videatur, in quo eandem historiam referens, contrariam sententiam, & sic dictos parvulos liberos esse, alijs relatis, probat, & sequitur Mag. Bannez in 2. 2. q. 49. art. 1. dub. 12. col. 1122.

62 Et facit tamen quod in simili casu de mercatore gregis Ethiopum, qui dubitat, an aliqui ex illis juste servi effecti sint, nec potest eos ab alijs distinguere, tradit Rebell. de obligat. just. lib. 1. quest. 10. sect. 1. num. 4. vers. Addunt aliqui.

63 Est enim libertas res inestimabilis, ac propterea cunctis rebus favorabilior, & cui semper in dubiis causis deferre tenemur, l. libertas, l. quoties dubia, ff. de regul. jur. l. lege Julia, ff. de manum. testamen. l. inter pares, ff. de re jud. §. fin. instit. quibus ex caus. manum. licet, cap. licet, de conjug. serv. cap. fin. de sent. & re jud. Unde tamen libertatis favore multa contra communes juris regulas statuta sunt, §. fin. instit. de donat. & ejus datio pia, & meritoria censetur, l. 1. versic. Sin autem, & ibi Bald. C. de com. servorum cum pluribus alijs, quae congerit Tiraque. de privi-leg. pie causa in prefat. versic. Lmita quod dictum est, & privileg. 9. in fine, Menchaca de success. progressu, lib. 3. §. 27. num. 18. Nihil tamen

64 gratius ea praestari potest, cum in quacumque fortuna hominem bect, & ejus privatio mortalitati comparetur, l. Paulus, §. 1. ff. de fidei comm. libert. l. servitutem, ff. de regul. jur. ubi Petr. Faber, & Revard. l. qui mortui, ff. de verb. signif. Lucas de Pena Quintiliani locum addu-

65 cens in l. 1. C. ne quis liber inovit, actum Reipub. gerere cogatur, cui simile est aliud D. Ambros. lib. 3. offic. cap. 14. dum servitutem liberis omni supplicio graviozem esse inquit.

66 Quo tamen ex fonte haurire, & defendere facile possumus, praedictarum legum, sive schedularum, & ordinationum Regiarum praxim, dum jubent, omnes generaliter Indos de plano, ac levato (quod ajunt) velo, seu breviter, & summarie in libertate constituendos esse, quamvis in figura, & quasi possessione servitutis reperiuntur, si domini illico justo, & legitimo bello se eos habuisse non demonstraverint, quibus hoc in casu probationis onus injungitur. Si enim earum verba habent, & praecipue legis an. 1543. & epistolae an. 1545. missae ad Regiam Cancellariam insulae Hispaniolae, & alterius anni 1548. & schedule anni 1553. missae ad Cancellariam Mexicanam, quae extant dict. 4. t. pag. 370. & seqq. Ordenamos y mandamos, que las Audiencias de las nuestras Indias, llamadas las partes, sin tela de juicio, sumaria y brevemente lo la verdad sabida, pongan en libertad a los Indios que se buvieren hecho esclavos contra razon y derecho, y contra las provisiones, e instrucciones por Nos dadas, si las personas que los tuvieren por esclavos no mostraren titulo como los tienen, y poseen legitimamente: y la orden que cerca de ello debeis tener, es que en lo que toca a los esclavos hechos por via de guerra, ante todas cosas: sin esperar mas probanza, ni haver otro mas titulo, sin embargo de qualquier posesion que haya servidumbre, ni que esten herrados, pronuncieis por libres todas las mugeres de qualquier edad, y todos los varones niños que eran de catorce años a baxo al tiempo que los tomaron, que se bayan tomado en qualquier guerra, entradas, o rancherías que se hayan hecho en tierra de Indios, amigos o enemigos, por que estos no se pudie on hacer esclavos, aunque fuese por ocasion de rebelion. T a los que se buvieren hecho esclavos en guerra, que no sean de los susodichos, si el poseedor no probare, que el Indio que tiene por esclavo fue havido en guerra justa, y que se guardo y cumplio en ella las diligencias forma dada por Nos, dar los heis por libres, aunque no se pruebe por Indios cosa alguna, por manera que cargueis la probanza al poseedor, y no al Indio, aunque esten herrados, y tengan carta de compra, o otros titulos de poseedores de ellos, porque estos tales por las presunciones que tienen de libertad en su favor, son libres, como vasallos &c. Et idem serio, graviterque praecipitur in ordinatione. anni 1563. datis huic Regiae Cancellariae Limensi, & alijs, Indiarum, capitulo 70. ibi: Procurando que los dichos Indios sean muy bien tratados, e instruidos en nuestra santa Fe Catholica, y como vasallos nuestros libres: que este ha de ser su principal cuidado, y de lo que principalmente hemos de tomar cuenta, y en que mas nos han de servir.

67 Etiam tamen licet regulariter illi, qui in possessione ne, & statu servitutis morantur, servi judicari debeant, l. moveor, C. de servis exportan. Illisque ad libertatem proclamare volentibus, ejus probanda necessitas incumbat l. liberis 7. §. fin. ff. de liber. caus. l. non ideo in fine, C. ead. l. vis ejus, C. de probat. l. 27. titul. 14. p. 7. cum alijs traditis ab Azone in summa, C. ubi causa stat ubi cum

hoc firmiter tenendum dicit. Ubi tamen qui ita possidentur, facto potius quam jure, & per vim, ac dolum se in servitum deductos, & detentos allegant, atque queruntur, possessor quoque, si ve detentor suae possessionis titulos & causas probare teneret, in alijs fraudem suam fateri videatur, ut eisdem illi s. juribus admonemur, quibus consonat text. in l. filius in fine, l. circa cum, l. si quis, ff. de probat. & l. tam que, C. de liberali causa: quia ut tradit Bartol. in dict. l. liberis, §. fin. post-glos. ibi verb. Dolo malo, & Paul. de Castro in l. ad probationem, l. 2. C. de probat.

69 possessio tamen visiola non relevat quem ab onere probationis, l. si ve possidetis, C. de probat. optimus text. in cap. ad d. cimas, de restitut. spoliat. melior textus, & in quo haec praxis magis quam in superioribus declaratur, t in l. 5. titul. 14. part. 3. ubi Gregor. Lupus verb. Quis si el señor, ita in nostris terminis notabiliter inquit: Et ex hoc patet justitia illius legis edita contra tenentes Indos in possessione servitutis, que pronuntata fuit anno 1543. in oppido de Madrid, licet prius data Barcinonae anno proximo precedenti.

70 Et idem in similibus casibus resolvit Otalora de nobil. cap. 2. 2. part. 3. partis principal. n. 4. Fulv. Pacian. de probation. lib. 2. cap. 19. n. 1. & num. 9. & Cevall. praef. comm. tom. 4. q. 900. a num. 121. Maxime quando contra possidentem

71 extat juris naturalis t constitutio, quae omnes homines liberos, ut diximus, fecit, & nisi peculiariter aliquo, & justo titulo in servitum devenisse probetur, eos in primitivo illo, & naturali statu manere praesumit, ut pluribus probat Bursat. cons. 8. num. 17. & cons. 46. num. 23. l. 1. Tiber. D. cian. cons. 33. num. 50. & 53. vol. 1. & late Mascard. de probation. vol. 2. cons. 977.

72 Quibus ita suppositis, & probatis, parum aut nihil obstant argumenta, quae in contrarium pro Indorum servitute perpendimus. Nam ad primum responderetur, fatendo quidem ex justis, & legitimis bellis servitum induci, t Indos tamen nunquam, aut raro ea intentione, & justificatione impetitos fuisse, ut capti servitutis jugo submitti deberent, cum potius, ut saepe diximus, & probavimus, pro eorum commodo, & utilitate Catholicorum Regum expeditiones ordinarentur, & eorum barbaries, aut hebetudo non sufficerent, ut in numero servorum civilium haberi possent, ut praeter alios tradit Victor. dict. relect. 1. de Indis, num. 23. in fine, & in 2. relect. num. ultim. Neque etiam

73 aliquando in Hispanos irruisse, aut rebellasse praetextatur. Tali enim in casu, ut inquit idem Victoria in dict. 2. relect. num. 16. liceret quidem Hispanis se defendere & servato moderamine inculpatae tutela, agredientes, aut rebellantes compescere, non tamen alia belli jura in eos exercere, quae diversa esse debent adversus homines vere noxios, & injurios & adversus innocentes, & ignorantas, & justo aliquo timore, vel terrore, sibi caventes. Sicut etiam aliter vitandum est scandalum Pharisaeorum, aliter pusillorum, & infirmorum. Et quia tamen nunquam potest justum esse bellum, ubi nulla eo digna praecessit injuria, ut docet S. Thom. 2. 2. quest. 4. art. 1. & late Pat. Suar. in tract. de charit. tract. 3. disp. 13. sect. 4. a num. 1.

74 Secundo tamen non obstat secundum argumentum ex opinione Menchacae deductum, qui etiam ex injusto bello justam captivitatem induci posse, contendit. Nam haec sententia manifeste convincitur ex juribus, & auctoribus supra num. 6. citatis.

75 Nec eam juvat, quod Menchaca supponit, bellum scilicet ex utraque parte justum dari non posse. Nam tamen licet in quoad veritatem procedat, opinione tamen hominum, & quae ex proprijs affectionibus suas injurias meretur, bene potest utrumque justis, vel saltem apparentibus rationibus decernari, ut praeter docet Victor. in relect. de jure belli, num. 32. & sequentibus, Covarr. dict. reg. peccatum. 2. parte, §. 10. num. 6. Sot. lib. 5. de just. & juri. quest. 1. articulo. 7. Gregor. de Valencia tom. 3. Comment. Theol. disput. 3. quest. 16. de bello, punct. 2. vers. Novo certum est, & Pat. Suar. ubi sup. sect. 6. ex num. 1. & Mag. Marquez in Gubernat. Christ. pag. 313. Unde qui nullam veram, aut saltem verosimilem, ac probabilem causam ex sua parte habet, juste bellare non poterit, & longè minus tali bello captos sibi servos efficere.

76 Praeterea quod ut darem simpliciter, ex quovis bello etiam injusto captivitatem induci posse, id tamen procederet, si auctoritate Principis, superiorem non recognoscentis, tale bellum indictum esset, & forma ab ipso tradita in bellando servata fuisset. Quod omnino in quovis bello inferendo desideratur, ut constat ex l. 1. C. ut armor. usu l. 11. cap. quid culpa iur. 23. quest. 1. cap. 1. 23. quest. 2. Bart. in l. hostes num. 9. ff. de captivis, Doct. communiter, praecipue Paul. Castrens. Jason. & Fortun. Garcia in dict. l. manumissiones, & in l. ex hoc jure, ff. de just. & jure, Andr. de Isernia in t. t. l. que fuit prima causa benef. amitt. §. item si i ter cetera, Petr. Bellin. in tract. de re militari 1. part. titulo. 5. & 2. part. tit. 12. Franc. Arias in tract. de bello, & ejus justitia, num. 58. & seqq. Covarr. dict. reg. peccatum 2. part. §. 11. num. 8. vers. Ad haec leges, eod. Menchac. dict. lib. 1. controvers. cap. 9. num. 15. Castro lib. 2. de just. ta haec, punct. cap. 14. Victoria in relect. de jure belli, num. 53. Bannez in 2. 2. quest. 49. art. 1. vers. Dubitatur quarto col. 1182. optime Molina, qui alios allegat, d. tract. 3. d. just. & jure, disput. 100. & seqq. Camil. Borell. de praest. Reg. Cathol. cap. 32. ex num. 3. & num. 98. & sequentibus, & novissimè D. Melchor. de Valencia illust. tract. jur. tract. 2. cap. 5. num. 16.

77 Unde tamen antiqua Augustali lege ita cavebatur: Si quis privatim sine publico scito pacem bellumve fecerit capitale esto. Reliquae tamen Majestatis dicuntur, qui invito, aut inconsulto Principe, quovis modo audent bellum inferre, ut dixi in cap. praecedenti num. 9.

78 Quapropter cum ad debellandos Indos Principis auctoritas, & licentia regulariter non intervenerit, sed imò contrarium saepe sapientius edixerit, ut passim probavimus, t non poterunt ex ejusmodi bellis in legitimam servitutem deduci, non magis, quam si a pyratibus, aut latronibus caperentur, l. postliminum, §. a pyratibus, l. hostes 24. l. latrones 27. ff. de captivis, l. hostes ff. de

de verb. sign. l. qui à latronibus, ff. de testam. cum aliis, quæ tradit Bellin. *diñ. tit. 12. num. 6.* Covarr. *diñ. num. 8. vers.* Ipse denique Gregor. Lop. Madera *lib. singula animad. cap. 18. n. 4.* Alber. Gentilis *tract. de legation. lib. 2. cap. 9.*

81 Et hinc t merito dixit Bald. in cap. 1. hic finitur. *lex Conradi. num. 6. in usib. feudor.* injusta bella esse manifesta latrocinia: & magis in terminis Pat. Molina *ubi supra, disp. 101.* Quod 82 etiam ubi t bellum justum, & legitimum est, si tamen milites contra expressam, aut præsumptam, voluntatem supremi Principis, qui bellum indixit, aut Ducum, à quibus reguntur, etiam dum sunt in ipso bello, aliquid excedunt, & audent, utique sine legitima auctoritate id efficere judicantur, ac proinde peccatum committunt, & ad restitutionem damnorum, quæ dederunt, tenentur, juxta distinctiones quas ibidem subjungit, apponens exemplum in excessu belli Lusitanici sub Albano Indorum, de quibus tractamus concludit Episcop. de Chiapia in *diñ. tract. de Indis servis effectis, fol. 2.*

83 Ad tertium verò argumentum, t quod ex l. postliminii 5. §. in pace, ff. de captivis, & Petri Bellini opinione deduximus, facile responderetur, Pomponii verba, ad tuendam Indorum servitutem, nullo modo conducere. Nam t quamvis citra bellum, & hostilem causam, extraneas gentes capi posse, & servos fieri tradat: intelligi tamen debet de iis, qui nobis inimici erant, & semper ad nocendum parati, licet actu adversus eos bellum non exerceretur, t neque hostes verè appellari possent, quia non erat eis solenni more bellum indictum, juxta *diñ. l. hostes 24. eodem tit. & l. hostes 118. & l. quos nos 234. ff. de verb. signific. l. 7. tit. 33. part. 7.* Et ea t quæ de clarificatione, & belli apud Romanos indicendi forma tradunt Alciat. Brech. Forner. Rebuf. & Gedæus ibidem, Brisson. *lib. 2. select. cap. 6. & 7.* Alexand. ab Alexand. *lib. 1. genial. cap. 12.* & Petr. Gregor. *lib. 19. Syntagmat. cap. 12.* D. Valentia *ubi sup. num. 17. & 18.*

Er hoc est quod ad interpretationem ejusdem textus adnotare voluit Accursius ibidem, *verb. Hospitium*, quem sequuntur Odofred. Alberic. & alii, & idem Albericus post Joan. Fabr. in l. cum cognatum. C. de ingen. manumissis. Caverum si Pomponio proponeretur gens aliqua, quæ nec usquam nobis infesta fuit, nec esse cogitabat, qualis hæc Indorum esse comperitur, dubitandum non est, quin contrarium respondisset.

87 Nam t sola ratio, quod gens illa extranea esset, & nullo nobis federe, aut amicitia conjuncta, sufficiens esse non poterat, ad capiendos, & servos efficiendos illos, qui ex ea natione ad nos secuti, & pacifici bonâ fide adventassent, cum natura ipsa inter omnes homines cognationem, & necessitudinem quamdam constitueret: & consequenter alios aliis insidiari nefas sit, l. ut vim. de just. & jure, cum aliis, quæ congressi *suprà lib. 2. cap. 13. num. 12. & 85.* Præsertim cum eodem naturali jure dicitur, hominibus per regiones quantumvis extraneas & remotas peregrinandi jus sit, eoque citra injuriam privari non possint, ut plenè etiam observavi *ead. lib. 2. cap. 20. n. 34. & sequentib.*

Et eodem modo responderè possumus ad text. in l. mulier. 6. ff. eodem tit. de captivis, ubi mulierem à latronibus extræ gentis captam, & jure commercii venditam, verè servam effectam, & postliminii jus in ea observari Pomponius ostendit, quamvis alter explicet Valentia *ubi sup. num. 12.*

Quibus adjicio, quòd quamvis admitteremus casu aliquo, verum, & justum esse posse illud Pomponii responsum, simpliciter, & absolute prolatum: intelligendum planè esset in extero capto dum vadit ad extraneos: non t autem in extraneis, alieno Orbe quasitis, & in propriis laribus quærè, & securè degentibus, inopinatisque nostrorum classibus impetitis: quales fuisse constat hos Indos, de quibus tractamus: hi enim ob id tantum quòd extranei essent, nullo jure, aut ratione servi effici possent: prout t tandem agnoscit Petr. Bellin. *diñ. titulo 12. subjiçiens, hac fortè de causa motos Reges Hispaniæ, pro Christiana pietate, quam summè colunt, jussisse, illas gentes, si Christo initiarentur, suis legibus liberas vivere.* Quibus antea nobis, nec de nomine cognitis, nihil nec nos, nec Romani ipsi (si eorum tempore detegerentur) imputare possent, cur ad offerendam amicitiam, percutiendum fœdus, & jus hospitii ineundum non accessissent. Quæ t singula qualiter à Romanis peragerentur, pulchrè ad interpretationem, & illustrationem illius textus (quem Accursius hac in parte non intellexit) observat Guillelmus Budæus in *annot. posteriorib. ad Pandect. pag. mlii 194. & sequent.* Petr. Heigius *miscell. q. 1. part. q. 11.* Renat. Chopin. *de doman. Francia, lib. 3. tit. 26. à num. 19.* & plures alii relati per Sebastian. Nævium in *sistemat. jur. ad eand. l. 5. & ad l. non dubito 7. eod. tit. de captivis, & diximus aliqua sup. lib. 2. cap. 15. num. 17.*

Denique t quarto argumento ex similitudine 91 Æthiopiùm servorum deducto, respondeo, magnum quidem bonum Barbaris istis in Fidei, & aliarum rerum communicatione ab Hispanis colatum fuisse, hoc tamen servitutis irrogatione pensari non debere, quæ directo eidem bono repugnat. Nam t quamvis certum sit eos, qui jure gentium verè sunt servi, per baptismi susceptionem jure civile, vel canonico inspecto, nequaquam liberos effici, *cap. si quis servum 1. & 2. 17. quest. 4. Caesar. Ursulis in addit. ad Afflic. decis. 151. num. 9.* Baczca *de inope debiti. cap. 17. num. 31. & 32.* Brun. à Sole in *quest. legalib. quest. 17. num. 35. & quest. 18. per tot. Dec. cons. 130. de pœna temporalì loquens, Tiraquel. de pœn. temp. causa 25. Pacian. de probation. lib. 2. cap. 14. num. 20. & Calist. Remirez de lege Regia, §. 32. num. 14.* Eos tamen qui natura sua liberi sunt, Sacramentum illud fortis in sua libertate confirmat. Quod Deus vult semper libere recipi, & suavibus, atque opportunis mediis, ac modis tractari, non verò per captivitatem, aut deceptionem, ut *sup. num. 35. & seq. latius consideravimus.*

Unde merito post Victoriam, Sotum, & alios, concludit Michael Salon. in 2. 2. t. 1. *quest. 3. de doman. art. 1. col. 331. vers. Ex his sequitur, & col. seqq. non aliter t Indos, & Æthiopes,* 94 qui

qui à Lusitanis & Hispanis capiuntur, servos effici posse, quam si volentibus Evangelium in illis regionibus prædicare, ipsi resistent, & ut resistentibus prædicationi Evangelicæ bellum inferatur: vel si ipsi existentes majores viginti quinquæ annorum, se ipsos sua sponte vendant, vel filios suos compulsis necessitate. Quod idem probat etiam Dominicus Bañez in 2. 2. q. 10. *articul. 10. col. 34. vers. Ex his sequitur*, ubi ne resistentiam quidem admittit, si postea Barbari resipiscant, quia hoc bellum cederet in scandalum Evangelii recipiendi. Et magis disertè Ludov. Molina *diñ. tr. 2. disp. 106. in fide*, ubi ait, t quòd quando bellum inferatur, ad liberandum, & subveniendum innocentibus, ut in nostro casu, & ob bonum eorum, non autem ad recuperandum aliquid proprium, neque ad vindicandam propriam injuriam, non plus fas est bellantibus de bonis adversariorum sibi sumere, & usurpare, quam expensas belli, & reparationem injuriarum, & damnorum, si quæ ab adversariis inter bellandum acceperunt, reliqua verò debentur iis, in quorum gratiam pugnantur.

Neque magis hoc servitutis jus respectu illorum Indorum justificabitur, quos aliqui jure emptionis se possidere dicebant, eo quòd vel ipsi se vendidissent, vel à aliis, qui eos belis justis ceperant, venditi essent. Nam etsi verum sit, his modis legitimum servitutem induci, ut probant jura in argumento relata t in his tamen Indiarum Occidentalium provinciale nunquam, aut rarò ejusmodi bella, & jura servitutis exercebantur, ut bene probat Episcop. Chiapens. in *d. tract. de Indis servis effectis*, licet Indorum mangones hos & alios colores prætexerent, ad eos capiendos, sive furandos, & servorum more vendendos, aut possidendos, atque ex aliis provinciis in alias transportandos. Quas cautelas, & damna ex illis sequuta sigillatim enumerat, & reprehendit Chiapens. *ubi sup. Anton. de Herr. in hist. gen. Ind. decad. 1. lib. 8. cap. 9.*

Estque t eis simile, quod de Phœnicibus in Hispaniæ nostræ historiis comperimus apud Florianum *lib. 2. cap. 11.* & Fr. Joan. à Ponte in conven. utriusque Monarch. *lib. 3. cap. 15. §. 5.* qui non solum ab ea aurum, & argentum, & pretiosa alia furati sunt t quibus Tyrus, ipsorum Phœnicum Metropolis, ditissima, & potentissima inter reliquas Orbis nationes eo tempore habita fuit, ut constat ex Isaia *cap. 23. Ezechiel cap. 26. & seqq. Osea cap. 9.* verum incautos quoque Hispanos, variis technis, & simulationibus furabantur, & in Phœniciam, aliasque provincias deductos tanquam servos vilissimos distrahebant. Unde t à Tago, insigni, & aurifero Hispaniæ fluvio, Tagorma, sive Thogorma nomen manasse, putat Dom. Gregor. Lop. Madera in Monarch. Hispan. *cap. 3. fol. 19.* cujus mentionem fecit Ezechiel. *diñ. cap. 27.* dum inquit: *De domo Thogorma equos, & equites, & mulos adduxerunt ad forum tuum.* Sed quoniam Thogorma nomen Hispaniæ non convenit, sed cuidam Phrygiæ Asiæ Minoris provinciæ, ut docent interpretes super *cap. 10.* Genes. Joseph. *lib. 1. antiquit. c. 6.* & Pontanus *ubi supra, congruentius, imò expressius de ea accipi poterunt Tom. 1. de Ind. jure.*

verba, t quæ idem Propheta statim subnectit: *100 Grecia, Tubal, & Mosoch, ipsi institutores tui, mancia, & vasa ærea adduxerunt populo tuo*, certum est namque Tubal, appellationem, pro Hispania in sacris literis, & in aliis antiquis auctoribus usurpari, ut diximus *suprà lib. 1. capit. 15. num. 51.*

Porro t qui ita homines liberos capiunt, aut rapiunt, eorum justam servitutem non adipisci, sed gravissimum plagii crimen committere, ejusque poenis teneri, aperte constat ex Deuter. *c. 24. l. 1. & per totum, ff. & Cod. ad leg. Flav. de plagiariis, l. 22. tit. 14. part. 7. Alciato lib. 1. Parerg. cap. 13. t Qui multum laborat in exponendis verbis l. ult. Cod. ad leg. Flav. de plagiariis, quæ sibi contraria esse videntur; sed rectè ex C. Theod. restituantur à Duaren. *lib. 2. disp. cap. 20.* ubi aliqua de eodem delicto commemorat, & plura Jul. Clar. & Bajard. in *prax. crim. §. fin. q. 68. verb. Plagiarius*, Menoch. *de arbitr. casu 536.* & Petr. Gregor. *lib. 36. Syntag. cap. 31.**

Et ut concederemus, aliqua bella, & servitutis jura inter hos Indos Occidentales cognita, & usitata t fuisse, ut inter Mexicanos usitari solita, tradit Chiapa *ubi supra, fol. 10.* Ant. de Herrera *decad. 3. lib. 4. cap. 17.* in fine, & Fr. Joan. à Torquem. in Monarch. Indiana *lib. 14. cap. 15.* & sequentibus. Adhuc tamen ut idem Chiapa prosequitur, multum dubitari posset, an Indi à nostris hoc colore possessi, servi esse deberent, cum sibi de illorum bellorum justificatione non satis constaret: maximè posquam omnes ad Fidem conversi sunt: t cum ea restitui soleant, quæ modo, vel tempore infidelitatis illicite acquisita erant, ut dicimus in habente plures uxores, & in usurario, *capit. gaudemus de divortis, cap. post miserabilem de usuris, cap. Judæi de consecr. dist. 4. capit. 1. & per tot. dist. 11. & 12.* & tractat optimè D. Augustin. *lib. 19. de Civit. Dei, cap. 17. & 19.* Tenemur t quippe Christiani ex præcepto divino ad tollendas, & evitandas malas leges infidelium, vel saltem ad non operandum secundum eas, ne videamur, illas approbare, ut inquit D. Paulus 1. ad Corinth. *cap. 8. & Rom. 10.* D. Thom. 2. 2. *quest. 124. art. 5. & quest. 3. artic. 2.* Et t qui à latronibus comparasse soliti sunt, latrones judicari solent, l. in civile. C. de sortis ibi: *Cavete igitur cautius negotiari, ne non tam in damna bujusmodi, sed & criminis suspicionum incidatis.*

Quibus etiam rationibus t difficilem, & cœnosam, milleque scrupulis plenam reputat Lud. Molina *diñ. tract. 2. disput. 35. & 36.* Æthiopiùm mancipiorum nundinationem, quæ à Lusitanis plurimum frequentatur, dicentibus, se illos ab aliis Æthiopiis emisse, qui inter se intestinis bellis digladiantur, Additque, paucos ex mangonibus visos esse, quibus hæc negotiatio profecerit, & plura infortunia non adduxerit, quamvis nimis quæstuoosa videatur: t ementes tamen ab illis in utroque foro securos esse, modo non sciant, vel dubitent, quod illi servi, qui sibi venduntur, sunt injustè, & illicitis modis quasiti. Quod idem tandem post longam disputationem resolvunt Sor. *lib. 4. de just. & jure, quest. 2. articulo 2.* Ledesm. in 2. 2. *quest. 18.*

articul. 1. dub. 11. post secundam conclusionem, & novissimè Augustin. Barbosa in Pastoralibus, 1. part. titul. 3. cap. 2. num. 37. Maxime si verum est, ut fama fert, quod jocalibus ad naves usque pellicuntur, & ad nos, velint nolint, exportantur, vel quod plurimi parvo pretio comparantur, quod etiam efficit servitutem injustam.

110 Nam ad hoc, ut quis possit effici servus in perpetuum, debet pretium esse aequale servituti, ut per Navarr. in Manuali capit. 23. num. 95. & Molinam disput. 33. column. 163. Quibus consentit Mercar. lib. 2. de contract. capite 29. & Rebell. de obligat. just. lib. 1. quest. 10. sect. 1. & 2. Ubi ex n. 23. cum Molina d. disput. 35. conclus. 1. & 3. de illis qui mancipiis agere incipit, quae ex India Orientali adducuntur: & concludit, justè ibi à mercatoribus, & ubique emi, si ex illis Regnis sint, quibus cum bellum justum Lusitanis gerant, & eodem belli tempore exportentur. Japonenses autem, aut Sinas servos effici non posse, idque sepe Regis Lusitaniae ordinationibus cautum, nisi forte se ipsos, aut filios suos causa famis, vel urgentis necessitatis vendiderint, quo sepe facere solent.

112 Que omnia notatu dignissima censeo, propterea quod hisce ultimis annis plurimae lites à dicitis Orientalis Indiae mancipiis ad libertatem proclamantibus in hoc Regio Limano Conventu instituta sunt, & variantibus judicum sententiis terminatae. Quidam enim eos statim liberos declarabant, illarum schedularum seriem ac tenorem sequuti, quarum supra ex num. 56. meminimus, & ejusdem epistolae Caroli V. Imperat. anno 1550. ad Praetorium insulae S. Dominici missae, quae habetur in 4. tom. sched. impress. pagin. 373. & expresse jubet, ne aliqui Indi servi in his Occidentalibus regionibus efficiantur, etiam si ad eas ex Orientalibus asportentur, his verbis: Nos tenemus mandato, que no se hagan esclavos ningunos Indios en sus tierras, y asi no havemos de permitir ni dar lugar à que Indios algunos lo sean, sino libres, aunque sean de la demarcacion de el serenissimo Rey de Portugal.

Et aetherius anno 1570. ad Prorege Mexicani, & Michaelem Legaspium Philippinarem gubernatorem directae, eod. tom. pag. 374. Quae etiam in Indis illis in regionibus Machometis perfidia decepris, idem servandum esse, his verbis edicit: Estareis advertidos, que si los tales Moros son de su nacion, & naturales Moros, y vinieren à dogmatizar su secta Mahometica, ó à haver guerra à vosotros, ó à los Indios, que están à nos sujetos, ó à nuestro Real servicio, los podreis hacer esclavos: mas à los que fueren Indios, y huvieren tomado la secta de Mahomà, no los hareis esclavos, por ninguna via ni manera, que sea, sino procurareis de los convertir, y presu dir por buenos y licitos medios à nuestra Santa Fé Catholica.

114 Alii vero judices eum viderent leges Castellani, & Lusitani Regni diversae esse, & utrumque propriis suis ordinationibus & consuetudinibus gubernari, licet jam sub eodem Rege esse ceperit, non audebant facile pro Orientalium Indorum libertate sententiam ferre, si eorum possessores justos, & legitimis titulis exhiberent, juxta illarum regionum praxim, & consuetudinem Episcoporum, & Regiorum Auditorum auc-

toritate munitos. Neque praedictis schedulis horum servorum jus olim & nunc in Orientali India, & in Lusitania, & Nova Hispania servatum, temerè immutandum esse dicebant, l. minimè, ff. de legibus, l. si quando, Cod. de inoff. testam.

In quo opinionum, & argumentorum confluxu, ego Imperatoris consilium sequutus, in l. si aviam, Cod. de ingen. manum. Si cum peritioribus tractatum habuisses, facile cognosceres, per literas de hac questione consulti praestantissimum, & eruditissimum virum Dom. D. Antonium de Morga, Quitensis nunc Senatus meritisimum Praesidem, qui in Philippinis insulis, & aliis adjacentibus, pluribus annis Gubernatoris officio functus, quae ibidem cum his mancipiis Orientalibus servarentur, melius, & penitus intelligere poterat. Qui mihi, ultimae opinionis adhaerens, respondit; aliquas esse Orientalis Indiae provincias Maurorum, ut plurimum colluvione, & insectatione permixtas: Favos nempe, Malajos, Bengalas, Macazares, Buzarates, Endes, & similes, cum quibus Lusitani justis, & legitimis bellis quotidie decertant. Et mancipia, quae in illis capiuntur, Lusitanis Legibus, & Conciliorum Provincialium declarationibus capientibus cedere, & ab eis vendi, atque ab emptoriis ubique legitime possideri, dummodo justè captivitas titulus habeant, juxta formam ab eisdem Conciliis praescriptam; cum aliis vero Regnis, seu provinciis, Lusitanis foedere junctis, illorumque, ut dicunt, in armis, sociis, ut pote Cambaya, Pegu, & quibusdam aliis, servitutis jura neutiquam exerceri; neque etiam cum Sinis, & Japonensibus, nisi forte istorum aliqui se, aut filios suos propter famem, aut aliam urgentem necessitatem, ob pretium participandum voluntarie vendiderint, quod patrii eorum legibus, ac moribus licitum, & usitatum est: quo tamen in casu, perpetuae servitutis non mancipantur, sed temporali famulatio, ea tenus duraturo, quatenus ad acceptum pretium compensandum, judicibus, qui de hoc inquirunt sufficiens esse videbitur.

CAPUT VIII. & ult.

In quo Auctor volumen alterum de peculiari Indiae jure, sive de justa earum gubernatione promittit, & quid in eo tractari intendat, Latine brevitate recenset. Et parenesim sive admonitionem subnectit aduersus eos, qui miseris Indos injuriis, & molestiis afficiunt.

SUMMARIUM.

1. Gubernationem Indiarum, qua contingant, Auctor in altero volumine edere parat.
2. Fax est opere in longo, somnum obrepere.
3. Gustus emptorem vocat.
4. Auctor tractatum gubernationis Indiarum quinque libris divisum habet, & quid in illis agere intendat, breviter aperit.
5. Auctoris parenesim, sive admonitio pro Indis diligenter in se, in suadendis, & humaniter pertractandis.
6. Fides propagatio in suavitare, non in atrocitate consistit, ut & patria potestas.
7. Conversorum primordia blandis refoenda sunt modis.

8. Jugum Christi suave est, ex D. Matth. cap. 11. & Psalm. 33.
9. Indi si post Christianam Religionem susceptam gravibus opprimantur, ejus suscitatem non credent.
10. Deuteron. locus cap. 28. pro Indorum querimoniis expenditur.
11. Indi hodie pejore conditione esse videntur, quam Judaei olim in Aegypti captivitate.
12. Judaei in Aegyptio graviter vexati fuerunt.
13. Judaeorum captivitas in Aegypto 85. annis duravit, & in ea valde multiplicati sunt.
14. Judaeorum multiplicationem in medijs laboribus Aegypti in vado Moysis Deus significavit.
15. Indi brevi tempore valde diminuti reperuntur, & quid cum Daniele, & D. Paulo de suis miseris dicere possint.
16. Jeremiae verba lament. 5. ad Indorum arumnas accommodantur.
17. Christiani labores & injurias quae Indis inferuntur, potius in se suscipere, quam in illis permittere debeant.
18. Fidei meditatio quietum, & vacuum ab aliis curis animum desiderat.
19. Labores, & onera, qui aliis imponunt, & ipsi ea non tangunt, in Evangelio reprehenduntur.
20. Pax citra ullum scandalum promittitur diligentibus legem Dei, Psalm. 118.
21. D. Paulus multas in se passum dicit, pro lege Dei promulganda.
22. Regis gentium jura, & conditiones, quas refert Scriptura 1. Reg. 8. ea, quae cum Indis sunt, demonstrare videntur.
23. Regis Tyranni effugies, & mores referuntur 1. Reg. 24. Boni autem & justi, Deuter. 14. 17.
24. Lignum fumigant, quod Deus Isaia 42. & Matth. 12. non extingui praecipit, Genitiles reciter conversos significat.
25. Indos detraunt multi, qui struere debent; & quid de illis cum Isaia, & Davide, & Christo Domino, Matth. 23. dicere possint.
26. Execretus, qui in Indos sunt, quibus potissimum debeant imputari.
27. Inferorum ordinum culpa ad desides Rectores referuntur.
28. Praelati, & Magistratus monentur, ut pro Indorum defensione laborent.
29. Justitia in studio omnis Regum ac Magistratum cura esse debet.
30. D. Bernard. in quo laudet quemdam Eborensem Archiepiscopum.
31. Pax, quae erga Indos exercetur, non debet cum bello de crudelitate certare.
32. Legum humanarum poenas si forte effugiant ii, qui Indos affligunt, Dei oculum & supplicium non effugient.
33. Deus omnia vigilanter attendit, & humilium injurias vidit, & punit.
34. Injuria, Indis factas, Deus miraculose aliquando vindicavit.
35. Divina injuria Indorum tudore parva, dominis exitio sunt.
36. Adagia, Aurum Tolosanum, & Equus Sejanus, quid significant.
37. Proverb. locus 12. 27. & 13. 11. de divitiis injuste parvis, exponitur.
38. Peccata injuria humilium facta, non solum privatorum, verum & multorum Regnorum cladem attulerunt.
39. Hispaniae regnum ob peccata aliquoties punitum legitur.
40. Regnorum felicitas ut duret, requiritur eadem virtus, & prudentia in conservando, quae in acquirendo, ex Polybio.
41. Deum Auctor precatur, ut nobis miseris, Hispaniarum, & Indorum Rempub. juvet, & societ.

Hæc haec habui, quae de Indiarum justa inquisitione, acquisitione, & retentione Tom. I. de Ind. jure.

dissererem. Nunc tamen ex ordine ad eam, quae earundem gubernationem concernunt, transitum facere, nostra propebat oratio. Sed quoniam fas est in longo opere somnum obrepere, hujusque voluminis moles nimis excrevit, & amphora exiit urceolis, quem initio mente conceperam: opportunum duxi, hic paulisper calammum continere, & quae in illo clauduntur disputationes, prius quasi gustandas dare, juxta illud Ulyssis apud Euripidem in Cyclope, qui cum Syleno vinum venditurus esset, ita cum alloquitur:

Vinum tu prius gustare quid vini feram? Cui Silenus: Ita convenit; nam gustum emptorem vocat.

Ac postea renovatis viribus arduas, & non minus utiles, quam peculiare ejusdem: Indiarum juris questiones, separato volumine (si Deus nobis hac otia fecerit) in lucem emittere. Quod nunc in privatis tamen schedis quinque libris divisum habemus.

In quorum primo de statu, & conditione Indorum agere destinamus, & an, & quatenus oneribus, & servitiis, adstringi possint, quae vicissim subire coguntur in Hispanorum famulatu, aedificiis publicis, agrorum cultura, pasendis, & custodiendis pecudum & armentorum gregibus, gynacis, sive textrinis, & lanificiis, vulgo, Obrajes, angariis, & parangariis cursu publico, veterdis, & paraverdis, metallis, & eorum effossione & operatione, & quae tributa praestare teneantur, & qualiter ea dividantur, taxentur, & exigantur. Et demum quantum oporteat, eos in certa municipia, & politicam, ac sociabilem vivendi formam reducere; idololatriam, ebrietatem, & alios eorum vitios occurrere; bonis gubernatoribus, vulgo, Curacas, & Caciques, providere. Et quae sit istorum potestas, & qualis successio; & de privilegiis, quibus Indi, tamquam rustici, aut minores, & omni respectu miserabiles personae fruuntur.

Secundò vero libro de commendis, sive feudis Indorum exactam, & peculiarem tractationem inimus; earum nomen, originem, & rationem tradentes; & quid juris in illis acquirant Patroni, sive Commendatarii, & de pensionibus, quae super eis constitui solent.

Quis commendas, & sub quibus legibus, & conditionibus possit conferre; quibusve personis conferri valeant, & qui in illis praeferi debeant, si de anterioritate schedularum, vel de meritis certent, vel alter à Rege provisos cum altero prius à Prorege investito concurrat. An pluribus eadem commenda assignari possit, & in ea jus accrescendi, vel non decrescendi admittatur. An commenda à possessoribus vendi, alienari, permutari, vel renuntari possint. Et an pater gaudeat usufructu commenda, qua filio, in ejus sacris constituto, conceditur.

Quando, & quomodo in commendis Indorum jus successione inductum fuerit, & in quibus conveniat, vel differat cum successione primogenitorum. An filii illegitimi, vel legitimi, filiae, uxores, sponsae, mariti in eisdem succedant; & de tertia, vel quarta vita, quae in Nova Hispania conceditur, & de prohibita plurium commenda-